AUGUSTINUS. PS. AUGUSTINUS. AMBROSIUS AUTPERTUS
Mitte 12. Jh. Seite 27r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ris et huiusmodi quibusque figmentis in quo gene
re includi etiam illa possunt si tamen fiunt que
demones faciunt. umbre autem corporum quia non nimis
abre abest ut corporibus similes et quasi falso
corpora dicantur nec ad oculorum iudicium pertinere
negande sed in illo eas genere poni placet quod re
sultando a natura fit. Resultat enim omne corpus
lumini obiectum et in contraria parte umbram
reddit. an tamen aliquid contradicendum uidetur.
A Michi uero nichil sed quoniam ista tendant uehementer
expecto. R Ad quid oportet pacientem feramus donec
nobis certi sensus renuntient in ueri similitu
dine habitare falsitatem. Nam et in ipso auditu toti
de fere genera ueniunt similitudinum uelut
cum loquentis uocem quem non uidemus audientes pu
tamus alium quempiam cui uoce similis est. aut de in
terioribus uel echo testis est uel tinnitus ille ipsarum
aurium uel in orologiis merule aut corui quedam
imitatio uel que sunt somniantes au[illegible] aut fu
rentes uidentur audire. false autem uocule que
dicuntur a musicis incredibile est quantum ad tes